



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

103. An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum
virginitatis, quando constat non esse votum castitatis, sed integritatis
corporis servandæ? & an in tali casu possit Episcopus dispensare? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

tambien quando haze voto de perseverar en la Religion; porque el objeto de esta promessa y voto, es la Religion, como lo es quando hizo voto de entrar en ella, y tan lexos está de que el perseverar en la Religion, sea calidad adiuñta, que antes es mas substancial al voto de Religion hazer voto de perseverar en ella que hazer voto de entrar: y assi voluntariamente, y sin fundamento (como lo verá quien attentamente lo considerare) hablaron los Autores referidos.

3. Y assi como en el voto de entrar en Religion no puede cosa alguna el Obispo, ni el Confessor por la Bula, por ser voto de Religion, que es referuado; tampoco pueden acerca del voto de perseverar en la Religion, pues antes este modo de voto perficiona intrinseca, y substancialmente el voto de Religion, en que un hombre promete entregarse, y darse à Dios en ella. Ita ille.

4. Hanc sententiam puto esse probabilem, sed improbabilem puto censuram quam Magister Gallego prebet sententiæ affirmatiuæ, nempe esse sententiam voluntariam, & sine fundamento, cum illam doceat vir doctissimus ab ipso adducti, quibus ego addo me citato Martinum de San Joseph in *Mon Confess. t. 1. lib. 2. tract. 1. 4. de Indulgent. num. 11.* & me citato Leandrum de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. d. 14. quæst. 147.* & me citato Palqualigum de *Sub. dec. 320.* Andream Mendo in *Bull. Cruc. disput. 26. cap. 12. num. 135.* Escobar in *Theol. mor. tom. 1. lib. 7. sect. 2. c. 34. probl. 93. num. 742.* Motonium *respon. 47. num. 403.* & doctum, ac amicissimum Patrem Georgium Gobat de *Lubli. c. 41. q. 112. num. 319.* & alios penes ipsos.

5. Probat hæc opinio, quia votum perseverandi in Religione est diuersum à voto Religionis; nam votum Religionis habet pro obiecto, seu materia assumptionem status Religiosi: votum autem perseverandi in Religione supponit assumptionem talis status, & habet pro materia durationem, & permanentiam ipsius, quæ est qualitas quedam talis status. Vnde ex eo, quod votum Religionis sit referuatum, non fit, quod sit referuatum etiam votum perseverandi, nam referuatio, vt totes dictum est, tanquam odiola strictè est accipienda. Confirmatur. Status gratiæ supernaturalis, in quo quis iustificatur, & constituitur filius Dei, est diuersus à perseverantia in eodem statu. Vnde Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 13. & Canon. 13.* definit esse magnum donum Dei, quod iam iustificatis conceditur. Ergo status quoque Religionis, & perseverantia in ipso erunt diuersa, & consequenter etiam vota, cum sint de materia diuersa.

6. Confirmatur secundo, votum Religionis non obligat absolute ad perseverandum, sed tantum ad assumendum habitum, & relinquit locum, vt possit nouitius tempore deponi, si adit rationabilis causa, vt curi Diuo Thoma *2. 2. quæst. 189. art. 4.* docent communiter. Ergo, cum votum perseverandi inducat diuersam obligationem, erit etiam diuersum à voto Religionis, & proinde non erit etiam referuatum ex eo quod sit referuatum votum Religionis. Vnde ex his omnibus patet responsio ad rationes, quas pro sua opinione adduxit Magister Gallego *vbi supra*, & idè nostram sententiam existimo probabiliorem, & communiorem.

RESOL. CII.

An virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi possit commutari votum virginittatis seruandæ & si non consistet de intentione venientis, an intellexerit de virginittate perpetua: Ex parte 11. tractatu 8. & Miscellanea 8. Resol. 15.

Tom. IV.

§. 1. EGO ex Sanchez olim negatiuè respondi, & Leand. de *Sacrament. tom. 1. tractatu 5. disput. 26. quæstione 14.* me citato iudicat non posse commutari hoc votum per Bullam, quia opus erat ad hanc commutationem, vt vouens expressè noluisse se obligare ad integram castitatem seruandam. Et verba Leandri sunt hæc, An virtute Bullæ, aut Iubilci possit commutari votum virginittatis seruandæ? Respondeo. Non posse: nisi casu quo expressè noluerit vouens se ad castitatem obligare, sed ad solam corporis integritatem seruandam, consistentem in abstinentia à primo actu luxuriæ, per quem virginittas deperditur; quia quando hæc expressè intentio non reperitur, est votum absolutum castitatis; ac proinde incommutabile vi Bullæ, aut Iubilci.

Sup. hoc inf. Ref. seq. & in alio v. eius primæ annot.

2. Verum non desinam hic adnotare, supradicta ingerere difficultatem docto Patri Andream Mendo in *Bulla Cruciatæ, disput. 26. cap. 10. num. 107.* nam communi modo vouendi, & loquendi in hac materia, standum est, dum de contraria intentione non constat. Communis autem videtur esse, vt sola abstinentia à primo actu venereo, quo virginittas amittitur, promittatur. Etsi enim vt aicbat Sanctus Ildorus Hispalensis *lib. sentent. capit. 40.* virgo carne, non mente, nullum præmium habet in repromissione; hoc est, non habet virginittatis laureolam, attamen res est Deo placens ea abstinentia à primo actu venereo, & separabilis ab integritate castitas, vnde promitti Deo potest. Aliunde autem ea abstinentia est, quæ nuncupatur communiter virginittas, ideoque femina iudicatur virgo, quæ claustrum virginittatis seruat illæsum, quamuis aliis actibus contra castitatem consenserit, id ergo, quod communiter vocatur virginittas, videtur promitti in voto virginittatis nudè sumpto. Confirmatur, quia promittens virginittatem, quam adhuc non amisit, quid diuersum à castitate censetur promittere, aliàs promitteret tunc castitatem perfectam, siquidem in voto castitatis emisso à virgine, etiam includitur votum virginittatis, ergo in eo voto non promittit absolute castitatem. Hæc omnia Mendo.

RESOL. CIII.

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum virginittatis, quando constat non esse votum Castitatis, sed integritatis corporis seruandæ?

Et an in tali casu possit Episcopus dispensare?

Et quid est dicendum, quando quis emisit votum virginittatis, & dubius est de intentione, an scilicet fuisset ad solam à primo actu venereo abstinentiam, an in tali casu nec Confessarius per Bullam, nec Episcopus possit dispensare? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 60.

§. 1. Affirmatiuè responder Sanchez de *marrimon. tom. 3. lib. 8. disput. 15. num. 4.* quia emittens tale votum non vult expressè ad castitatem se obligare, sed tantum ad corporis integritatem seruandam, consistentem in abstinentia à primo luxuriæ actu, per quem virginittas deperditur.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in t. 7. tr. 1. ex lata doctrina Ref. 267. §. Sed ego ad medium, ver. Vnde.

2. Et ita in tali voto potest Episcopus dispensare, vt notauit Azorius *part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 14.* Barbosa de *potestat. Episcop. part. 2. alleg. 37. num. 18.* Saurus in *clauiregia, lib. 6. cap. 11. num. 55.* Graffius in *decis. part. 1. lib. 2. c. 31. n. 31.* Portel. in *add. ad dub. regul. verb. vori dispensatio, n. 78.* Güttert. de *marrim. c. 123. num. 8.* & alij.

3. Notandum est verò, quod quando aliquis emisit votum virginittatis, & dubius est de intentione; an, scilicet, vouerit ad solam à primo actu venereo abstinentiam, vt *suprà* diximus; in tali casu nec Confessarius

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Ref. 85.

K Confessarius

ANAE
nia
II. IV. V
III

cessarius per Bullam, neque Episcopus poterit dispensare; aut commutare; quia tunc tale votum censetur votum continentiae absolutum, vt notauit Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 4. cap. 21. n. 22.*

RESOL. CIV.

An Confessarius per Bullam Cruciatam possit commutare votum Castitatis, quando fuit emissum pro tempore limitato?

Et an in tali voto possit Episcopus dispensare? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 57.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmatiuè Respondeo, & ita docet Sanchez de *matr. tom. 3. lib. 8. disput. 15. num. 4.* Henricus lib. 7. cap. 30. num. 6. Vega tom. 2. cap. 129. cas. 34. Villalobos in *summa tom. 1. tractat. 27. class. 9. §. 3. num. 42.* Nugnus in 3. part. tom. 2. tract. de Bulla Cruc. §. 11. Fernandez in *exam. Theol. part. 3. cap. 9. sect. 2. §. 17. num. 8.* Gutierrez de *matrim. cap. 123. num. 6.* Acosta in *Bull. q. 73.* & alij: quia non est votum perfectum, & absolutum castitatis.

2. Et idem in tali voto potest Episcopus dispensare, vt notauit Azorius part. 1. lib. 11. cap. 19. quest. 6. Gomez in *exposit. Bulla Cruciatam, class. 10. num. 109.* Grassius in *decis. part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 29.* Ioan. de la Cruz in *direct. conf. p. 1. praecept. 2. art. 2. dub. 10. concl. 3.* Zanardus in *direct. Theol. part. 2. cap. 52.* Gutierrez *qq. canon. lib. 2. cap. 22. num. 48.* Toletus lib. 4. cap. 18. num. 11. Valentia tom. 3. disp. 6. quest. 6. punct. 7. Paludanus in 4. dist. 38. quest. 4. art. 4. n. 43. Lessius lib. 2. c. 40. dub. 18. num. 123. Malderus in 2. 2. tract. 10. c. 5. dub. 10. & alij.

RESOL. CV.

An Confessarius per Bullam Cruciatam possit commutare votum Castitatis, quando diuersis votis varia ad Castitatem pertinentia sunt promissa, ita vt ex omnibus illis inunctis consurgat obligatio ad perfectam Castitatem?

Et an in dicto casu Episcopus dispensare possit? Ex part. 1. tract. 11. Refol. 67.

§. 1. **R**esponder affirmatiuè Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 4. cap. 40. num. 68.* vt, si quispiam semel (ait ille) promittit, se non initurum matrimonium; & iterum, se nullum peccatum venereum admissurum; quia in quolibet horum potest Episcopus dispensare, vt pote, quod perfectè votum castitatis non est, ergo potest in omnibus simul, nam vota posteriora se habent per accidens ad prius. Ita Sanchez, loquitur de Episcopo, & nos per consequens de Confessario, qui virtute Bullae Cruciatæ commutat.

2. Notandum est verò, quòd supradictam sententiam limitat Sanchez, nisi vltimum votum, quo castitas perfecta completur, consultò vouens fecerit, vt tali perfecta castitate ligatus maneat, quippe tunc censetur priora cum hoc posteriori coniungere: & idem perfectio castitatis voto obstrictus remanet: vnde nec Episcopus dispensare, nec Confessarius virtute Cruciatæ commutare potest.

RESOL. CVI.

An Confessarius per Bullam Cruciatam possit commutare votum Castitatis, seu Religionis emissum à persona alterius potestatis subiecta, vt à coniugata seruo, vel

filio, sine licentia viri, domini, vel patris? Et an in tali casu, & cum supradictis personis possit Episcopus dispensare? Et docetur, quod pater, vir, & dominus possunt talia vota irritare. Ex parte 1. tractatu 11. Resolutio. ne 84.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Gutierrez *qq. can. lib. 2. c. 22. n. 49.* loquens de Episcopo: & per conuentionem est: quia pater, vir, dominus, possunt talia vota irritare: ergo poterit & Episcopus dispensare, & Confessarius per Bullam commutare.

2. Sed contrariam sententiam tuetur Sanchez de *matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 9. n. 4.* & post illum Suarez de *relig. tom. 2. lib. 6. c. 26. n. 3.* & Malderus in 2. 2. 1. c. 6. §. dub. 10. num. 11. quia cum hæc potestas sit diuersa, & diuersa principia habeat, non sequitur, quòd ex vna ad alteram argumentum deduci debeat. Et Pontifex referuando talia vota, intendit derogare potestati dominantiae, quam habet pater, vir, & dominus super filium, vxorem, & seruum, sedis autem dicendum est de potestate dispensandi.

RESOL. CVII.

Si quis adstrictus voto Castitatis ad nuptias transierit, an possit Confessarius virtute Bullae commutare tale eorum, vt possit petere debitum?

Et an in tali casu de iure communi, vel vigore consuetudinis competat Episcopo in tali voto dispensare?

Et mortua coniuge, an vota voti obligatio renouetur? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 66.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Vivaldus in *candel. p. 3. cap. 14. numero 41.* negatiuam verò sententiam docet Sanchez in *summa, tom. 1. lib. 4. cap. 34. num. 20.*

2. Sed dices: Episcopus potest dispensare in tali voto ad petendum debitum: ergo & Confessarius virtute Bullae Cruciatæ. Antecedens probatur ex Angelo verb. *matrimonium*, 3. impediment. §. numero 3. Tabiena verb. *imped. impedim. 2. questione 5.* Valentia tom. 2. *disput. 10. quest. 5. punct. 5.* Henriquez lib. 1. cap. 2. num. 9. Sà verb. *debitum coniugale, non 4.* Grassius in *decis. part. 1. lib. 2. cap. 82. num. 5.* Toletus lib. 7. c. 14. num. 4. Rodriguez in *Bulla Cruciatæ, §. 9. numero 19.* & aliis. Consequencia patet ex dictis infra in *Ref. 66.* Ergo, &c.

3. Sed ad hoc argumentum respondeo, quòd licet Confessarius possit commutare vota, quæ potest Episcopus; id intelligendum est de votis, quæ Episcopus commutat iure ordinario, & ex natura reformationis; non autem si talia vota commutaret iure specialia, aut per consuetudinem, vt est in casu nostro, ergo, &c. Et ita docent Doctores, quando Episcopus dispensat ad petendum debitum cum illo, qui contraxit matrimonium cum voto castitatis; id non facere, quia de iure communi hoc sibi competit, vt notat Azorius tom. 1. lib. 11. cap. 19. quest. 8. Toletus lib. 4. c. 18. num. 1. diff. 2. Grassius in *decis. part. 1. lib. 1. c. 13. num. 80.* Gutierrez *qq. can. lib. 1. cap. 23. num. 17.* & alij, sed id facit vigore consuetudinis, quæ hanc iurisdictionem ei concessit, vt notauit Sanchez *ubi supra, in sum. lib. 4. cap. 34. num. 20.*

4. Notandum est verò, in tali casu Episcopus non relaxare simpliciter votum, sed solum ex parte, & secundum quid; necque ad solum petendum debitum: & idem mortua coniuge tota voti obligatio renouiscit, vt notat Faust. in *theol. relig. lib. 3. q. 91. n. 3.* & alij.

RESOL.